PAULUS Eps Servus Servorum Dei Universis xpifidelibus

presentes litteras inspecturis Salutem et aplicam ben. Quoniam ut ait Apls omnes stabimus ante tribunal xpi recepturi prout in corpore gessimus sive bonum
fuerit sive malum oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire et eternorum intuitu seminare in terris quod reddente domino multiplicato fructu
recolligere valeamus in celis firmam spem fiduciamque tenentes qd qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam
eternam Cupientes igitur ut Hospitale pauperum Sancti Hermegildi Martiris Ispalen quod accepimus bone memorie Johannes Epus Ostien ac perpetuus
Administrator ecclie Ispalen de bonis paternis cum Capella fundavit atque dotavit et in quo pauperes xpi benigne recipiuntur et caritative tractantur in
huiusmodi pietatis officiis conservetur ac ipsorum pauperum et miserabilium personarum in eo degentium de xpifidelium necessitatibus succurratur necnon Capella predicta
congruis honoribus frequentetur et ut xpifideles eo libentius confluant ad eandem quo ibidem ex hoc dono celestis gratie conspexerint se refectos de
omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli Aplorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis qui
Capellam ipsam in festo Sancti Hermegildi Martiris videlicet eo quo celebratur die ac feria Sexta maioris Ebdomade devote visitaverint annuatim
ac pro sustentatione et reparatione predictis manus porrexerint adiutrices in qualibet festivitatum et ferie predictarum Quinque
Annos et totidem Quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus quas mitti per questuarios districtius inhibemus
eam si secus factum fuerit carere viribus decernentes Volumus autem qd si alias aliqua alia indulgentia visitantibus dictam ecclesiam vel Capellam illic
pro sustentatione pauperum dicti Hospitalis manus porrigentibus adiutrices et alias inibi pias elemosinas erogantibus per nos concessa fuerit
huiusmodi presentes littere nullius existant roboris vel momenti Presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis Dat Rome apud Sanctumpetrum
Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimosexagesimoquinto Sexto Kl Augusti Pontificatus nri Anno Primo:

Ang

L
N. Bregeon
L. de fulgeriis

L. de Harnia

P. Marcello xlv
nap.

taxa maj...

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

Calamin

DIPUTACIÓN PROVINCIAL SEVILLA
ARCHIVO

PERGAMINOS, 402
Hospital del Cardenal, leg. 1-B

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO